UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Galatia Europea & Galatarum priscis moribus. Caput Vicesimum secundum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-98144

Visual Library

ta dedit: domibus porticus addidit, in quis seruorꝝ cõcurrentiũ turba diuerteret, quę imitati poſtmodũ Romani, inq; melius aucta ad ſuã rempublicã tranſtulere. literis quoq; & rerũ naturaliũ inueſtigationi ac theologiæ plurimo tpe impenſo. Pręcæteris in fulgurũ interp̃tatione & arte augurandi verſata eſt, adeo vt noſtra etiã ætate vniuerſus ferme orbis, tum admiret viros, tum haruſpicibus vtat. In ſcientia faciendorꝝ ſacrorꝝ ita etiã floruit, vt Romani q nõ ſeruandę tantũ, ſed & amplificandę religionis cupiditate incendebant, decem principũ filios ſenatus conſulto ſinguſis Tuſcię populis pcipiendę ſacrorum diſciplinę gratia traderent: hinc ludibriũ illud malorꝝ dæmonũ ad Romanos defluxit. Hinc Bacchanalia, quę vt fœda & pniciosa, magno ſunt bonorũ conſenſu, authorꝝ ſuorꝝ ſupplicio vindicata, ex totaq; Italia ſublata. Patriam Tyrrheni vberem incolunt, quã ſtudio curaq; efficiunt fertiliorem. Menſa bis in die ſumptuoſe p̃parata, oĩa quę ad epularꝝ delicias ptinent abunde ſubminiſtrãt. Stragulas inſuper veſtes floribus diſtinctas, poculaq; aurea varij generis, ac miniſtrorꝝ ſeruorũq; numerũ pmagnũ in vſu hñt: multiplices vbi nõ ſolũ ſerui famulant, ſed etiã liberi plures. Gens in vniuerſũ magis adhuc ſupſtitioſa eſt, q̃ pugnax.

Inuenta tyrrhenorꝝ plurima.

In augurãdi arte verſabãtur Hetruſci.

Religioſi valde Hetruſci erant

Bacchanalia ex Tuſcia ad Romanos.

Victus Veſtitus Supellex Miniſteria

De Galatia Europea & Galatarum priſcis moribus. Caput Viceſimumſecundum.

GAlatia magna Europę regio fuit, vltra Celticã ad Notũ oceanũq; verſus ptinentesq; oras, & Herciniũ montem (ſcribit Diodor. Sicul.) & a terminis iſtis ad Scythiã vſq; ꝓtenſa. Sic appellata a Galate Herculis & Celticę cuiuſdã mulieris filio. Hæc a pluribus natõibus incolebat regioq; vt plurimũ ad arctũ ſita, frigidaq; adeo, vt quę hyemis tpe pro aqua niuibus oppleta exiſtat: glacies quoq; immenſa adeo patriã occupet, vt flumina congelata ſint puia tranſeuntibus, nõ ſolũ paucis, ſed exercitibus quoq; cũ curribus atq; impedimentis. Complures magni fluuij vario fluxu per Galatiã fluũt quorꝝ hi ex ꝓfundis ſtagnis, hi ex montibus, partim in oceanũ vt Rhenus, partim in pontũ vt Danubius, alij in Hadriaticũ mare decurrunt vt Eridanus. Sed hi oẽs fere hyemis tpe congelati ſecurũ tranſitũ iniectis deſup (ne labant) paleis euntibus p̃bent. Vinũ & oleũ ꝓpter earũ frigiditatem regio nõ ꝓducit, quare coacti hoĩes potũ ſibi ex hordeo comparant quem zitũ appellant: aqua etiã in qua lauãt fauũ mellis vtunt. Vino p̃termodũ adeo delectant, vt a mercatoribus importatũ purũ bibant, minimoq; potu ebrij, aut ſomnũ inducant, aut inſaniã: q̃ fit vt mercatores Italici plures q̃ſtu ducti vinũ, tum nauibus, tũ per terrã curribus deferentes pincernã puerꝝ mercant pro vini amphora. Vniuerſa Galatia argento caret, auro abundat, illud natura ipſa p̃bente. Nam cũ fluminũ decurſus, difficiles flexus habeant, ſupans ripas a montibus fluens aqua: arenã aureã paſſim per campos eijcit, qua conflata, auroq; puro educto ad ornatum corporis mulieres viriq; vtunt: etenim & manuũ articulos, & brachia armillis aureis exornant. Circa collum grandes torques geſtant ex ſolido auro, & in digitis anulos. Thoraces etiam auro exornant. Priuati quid ac mirabile in deorꝝ templis potentiores obſeruant, plurimũ

Galatię fines.

Galatia hyemis tpe glacie occupata

Zitũ ex hordeo potus

Vini appetẽtiſſimi.

Argento caret Galatia. Auro abundat Galatia

Corpus auro exornant Galatę

Aurū in templis ſparſum

auri ipſis dijs oblati per pauimentū ſpargentes, neq; id quiſq; incolaꝝ, q̃uis gens auro ſit auida ꝓpter religionem contingere audet. Sunt Galatę molles atq; albi, corpe oblongo, comas q̃uis habeant natura rufas: ſtudio tñ augent naturę colorem, Calamiſtro capillos inflectunt, fronte illos ad ceruicem reijcientes. vt Satyris aſpectu puerisq; appareant ꝑſimiles: capillos arte efficiunt craſſiores, vt nihil differant ab equoꝝ iubis. Barbā quidā radunt, nōnulli nutriunt. Parce nobiles quidā genas radunt, barbā adeo fouent vt corpa operiat Quo accidit, vt cum edant repleat̄ cibo: cum bibant veluti per cannale potus videat̄ inferri. Cœnant ſedendo oēs, non tamen in ſedibus, ſed in ſolo ſuper luporū aut canū inſtratis pellibus. Miniſtrant eis pueri iuniores ætate tenera: iuxta eos ignes fiunt, in quis ollæ ſunt & verua plena carnibus. viros bonos melioribus carnibus honorant, quemadmodū Poeta Aiaci ſcribit, Impenſū ab optimatibus honorem, qn̄ ſingulari Hectorem certamine viciſſet. Hoſpites ad epulas, qui ſint, qua cauſa venerint rogantes. Conſueuerunt q̊q; ſumpto cibo ad verboꝝ, prout cauſis intulit, concertationem ſurgentes ex ꝓuocatione certare inuicem, nulla habita vitæ cura: increbuit eñ apud eos Pythagoræ ſententia, qua dixit, animas hoīm eſſe immortales rurſusq; eas defunctis corporibus poſt certū tempus in alia corpora reuerſuras, ob hanc cauſā in defunctoꝝ pyrā epiſtolas ſcriptas quidā conijciunt, tanq; eos mortui ſint lecturi. In itinere ac pugna bigis vtunt̄, quas rhedarius ac aſſeſſor ducunt. In bellis obuiū hoſtem iaculo ex curru primū appetunt, tum relicto curru pedites enſibus certant: quidā adeo mortem contemnunt, vt pugnent nudi. Cuſtodes corpis ex liberis hominibus pauperes eligunt, qui & pro aurigis in pugna ſeruiant, & ferant ſcutū, inſtructā aciem præire conſueuerunt, & ad ſingulare certamen fortiſſimos hoſtiū ꝓuocare, arma vt hoſtem terreant quatientes, Quū quis ſtrenue in acie pugnauit, tum maioꝝ, tum ſuas laudes ac virtutes decantant. Res hoſtiū deprimunt, tanq; vitupatione dignas. deniq; omnis in bello audaces extollunt verbis, Capita hoſtiū in acie cadentiū abſciſa equoꝝ alligant collis. Hoſtiū ſpolia ſanguine ꝑfuſa famulis tradunt in foribus domoꝝ cum cantu atq; hymnis affigenda, quemadmodū feras ſolent venatu captas. Hoſtiū nobilioꝝ capita aromatibus vncta in tecis condunt ſumma diligentia, ea hoſpitibus oſtendentes, nulloq; pro precio ea vel parentibus vel liberis vendunt. Veſtes ad terrorem intonſas ac varij coloris ferunt, quas illi vocant bracas. Sagula ferūt virgata, hyeme qdem craſſiora, æſtate ſubtilia. Fictilia in vſu habent denſa ac floribus diſtincta. Arma ferunt ſcutum ad ſtaturā hoīs longū, proq; libito cuiuſq; ornatū. Quidā in ſcutis aīaliū formas æreas paulū eminentes geſtant, & ad ornatū, & ad corpis tutelā fabricatas. Ærea galea caput muniunt paulū eminentiore, in qua aut cornua impſſa ſunt aut auiū vel quadrupedū effigies ſculpta. Tubas habent ſuo more barbaras, vt quę aſpeꝝ ſonū & turbulentū reddant. Thorace ferreo vtunt̄ quidam, alij armis a natura datis nudi pugnant, pro enſibus ferreas ſpatas gerunt oblongas ærea cathena a dextero latere pendentes. Nonnulli tunicas aureis aut argenteis zonis cinguntur, iaculis inſuper bellantur; quæ illi lanceas vocant, ferro cubiti aut amplius longitudinis paulominus duobus

Marginalia:

Corpm Galataꝝ diſpoſitio

Barbā nobiliores nutriunt

Sedentes in ſolo cœnant Galatę

Ex ꝓuocatione certare ſolent Galatæ

Att. morem

Corpis cuſtodes ex hominibus liberis.

Strenuorum militū dignationes

Hoſtiū ſpolia domoꝝ foribus affigunt̄.

Veſtitus galatarum

Arma bellica

Scutū ad hominis ſtaturam geſtant

Galeę

Tubæ

Thorax

Pro enſibus ferreę ſpatę.

Lanceę

palmis lato, enſes haud minores ſunt, q̃ apud cæteros venabula: habentq̧ tũ
rectos tum curuos nõ ſolũ ad corpa cedendũ, ſed etiam ad pforandũ aptos,
Aſpectu ſunt terribiles, voce graui atq̧ aſpera, Sermone vtunt̃ breui ac ſub-
obſcuro, multaq̧ ex animo dubia loquunt̃: plurima ad iactantiã in eorũ lau-
dem dicunt, & ad cæterorũ contemptũ. Minaces ſunt ac detractores, opinio-
neq̧ inflati acuti ingenio, & a doctrina minime alieni. Sunt & apud eos me
lodiarũ poetæ, quos ipſi Bardos dicunt, hi cum organis veluti cum lyra can
tant, hos laudantes alios vituperantes. Philoſophi quoq̧ ac Theologi, quos
vocant Saronidas, p̃cipue ab illis colũt. Vtunt̃ inſuper diuinatoribus, qui a-
pud eos cum augurijs & ſacrificijs futura p̃dicent maximi exiſtimant̃ omni
eis obtemperante plæbe: de rebus magnis conſulturi mirabilem incredibi-
lem obſeruant ritũ: enſe hominem iugulant, quo labente, tum ex caſu, tum ex
membrorũ laceratione, tum etiã ex ſanguinis effluxu futura diiudicant. Eſt
apud eos moris nullũ abſq̧ philoſopho ſacrificiũ facere, exiſtimantes per di
uinæ naturæ conſcios ſacra fieri oportere, tanq̧ deis propinquiores. Horum
interceſſione bona ab dijs cenſent petenda, quorũ conſilio, & pace, & bello
fruant̃. Poetæ vero apud eos tanti habent̃ vt cum extructa acie exercitus edu-
ctis enſibus iactisq̧ iaculis propinquant non ſolũ amici, ſed hoſtes eorũ q̃q̧
interuentu a pugna abſtineant, ita apud agreſtiores barbaros ira cędit ſapien
tiæ & Mars reueret̃ muſas. Galatarũ fœminæ non tantũ corporis magnitudi
ne ſunt viris ſimiles, ſed robore etiã. Pueri vt plurimũ cani ſunt, ætate proue-
cti colorem paternũ aſſumunt. Eorũ qui ſubtus arcton habitant Galatę, quiq̧
Scythię ſunt ꝓpinqui, vtpote cæteris agreſtiores nonnullos aiunt humanis
carnibus veſci, quemadmodũ & hi qui eam Brytannię partem, quę Iris dicit̃
habitant, horũ fortitudine feritateq̧ diuulgata tradunt eos, qui priſcis tpibus
omnem ferme Aſiã diſcurrentes Cimerij dicebant̃, ipſos eſſe, qui paulopoſt
corrupto noĩe pro Cimerijs Cimbri ſint appellati: iam priſco more dant la-
trocinijs operã rapientes aliena ſuis omnibus contemptis. Hi ſunt qui Roma
capta cum Delphici Apollinis templũ ſpoliaſſent: magnã Europæ partem,
non paruã Aſiæ tributariã fœcere agris eorũ quos ſubegerant poſſeſſis. Nam
qui in Græciã peruenerunt Galatæ, de ſe partem occupatã Gallogræciã dixe
runt, & Galatiã minoris Aſiæ regionem, quę ab oriente Cappadociã & Ha
lym fluuiũ habet, ab occidente Bythyniã & Aſiã, a meridie Pamphiliã, a ſe-
ptentrione pontũ Euxinũ. Cæterũ Cimbri, de quibus iam nobis ſermo eſt,
Gens diræ ſupra modũ feritatis impietatisq̧ in deorũ ſacrificijs inauditæ.
ſequebant̃ exercitũ mulieres Sacerdotes diuinatõis peritæ, quarũ canus ca-
pillus erat, alba veſtis, lutea e carbaſo ſubter tunica fibulis annexa ahenis in-
cinctę zonis, pedes nudæ, captiuis per caſtra ſtrictis occurrebant enſibus, q̃s
ſternentes humi ad æreũ ꝓtrahebant craterem viginti capacem amphorarũ.
Habebant & pulpitũ quo agiliter aſcenſo, tollentes in ſublime captiuũ ſup
lebete iugulabant. tum ꝓfuſo in craterẽ ſanguine inde cũ ſtillaret vaticiniũ ede
bãt: alij vo ſciſſo vẽtre inteſtina ſpeculabãt̃ ſuis victoriã clamitãtes. Noxios q̃
q̧ quinquẽnio ſeruatos affixos ſudib⁹ ſacrificabãt, & aĩantia ex hoſtib⁹ capta gna

Enſes maxi.

Bardi melodiarũ poetæ

Saronidæ phĩ & theologi

Mirabil'atq̧ horrẽdus ritus

Nullũ abſq̧ phõ ſacrificium

Poetę in maxima veneratione.

Fœminę Galatarũ viris ſimiles

Humanis carnibus veſcũt̃ q Irim inhabitant.

Galatia Aſiana

Sacerdotes fœminæ.

Crudelis vaticinandi ritus

Noxios ſacrificabant Cymbri

Cimbri ad mares cupidiores.

cum hominibus interfecta, aut ſupra ingentem pyram poſita comburebant aut alijs adficiebant pœnis. Et quamuis Cimbri mulieres habeant ſpecioſas ad mares tamen præter modum ſunt cupidiores. In ferarum pellibus humi dormientes ex vtroq; latere excubitores habent. In ipſis certaminibus extentas ad carrorum velamina pelles tantis pulſant ictibus, vt ingenti cum horrore fragor efficiatur.

Impudētia Cimbrorū admiranda.

Sed illa admiranda eorum impudentia, q̄ ſpeciem corporis facile alijs offerunt in propatulo, neq; hoc turpe ducunt, quin potius ignauum abnuere gratiam oblatam. Fertur a Valerio maximo Cimbros & Celtiberos in acie gaudio exultare conſueuiſſe tanq; glorioſe & fœliciter vita eſſent exceſſuri. Lamentari vero in morbo quaſi turpiter perituri.

De Gallia, Gallorumq; veteribus & recentibus moribus. Caput Viceſimumtercium.

GAllia lata Europæ regio inter Gallicum internum mare, oceanumq; Brytannicum, Rhenum Alpes & montes Pyreneos iacens, Pyreneis iugis ad occaſum includitur: ad ſeptentrionem & Boream Gallico,

Galliæ quatuor termi.

Brytannicoq; oceano: ad orientem ſolem Rhenus illi paribus pene ſpacijs ex alpibus in oceanum, quibus Pyreneum iugum ex interno mari ad externum procurrit, qua meridiem ſpectat Narbonenſe illi prætenditur pelagus

Gallia vnde appellata

Gallia appellata a candore populi, Gala enim lac dicitur. Triplex eſt, Tonſa ſiue togata, quæ & Ciſalpina dicitur, ſed Italiæ finibus includitur. Comata co

Diuiſio Galliæ. Comata Belgica Celtica

gnominatur omnis Tranſalpina Gallia, eam in tres prouincias a tribus populorum generibus hyſtorici diuiſerunt, Belgicā videlicet, Celticā & Aquitanicam terminos illarum ita ſtatuentes vt a Scalde ad Sequanam Belgica ſit dicta, mox Celtica ab eo ad Garundam quę eadem eſt & Lugdunenſis in

Aquitanica. Lugdunēſis

de ad Pyrenei excurſum Aquitanica olim Aremonica vocata. Auguſtus quadrifariam diuiſit addita Lugdunenſi prouincia. Amianus in multiiugas prouincias diuidit, vtpote, qui primam & ſecundam Lugdunenſem, & primam

Braccata ſiue Narbonenſis.

& ſecundam Aquitanicam faciat, Braccata, quæ & Narbonenſis dicitur, hæc eſt, quę Rheno adiacet, & pro maiori parte lingua Teutonica vtitur, a braccis veſtium genere ſic vocitata. Multas prouincias habet Helueciam ſiue Alſa

Braccatæ Gallię regiones

ciam, Lotharingiam, Lucelburgam, Burgundiam, Brabantiam, Gelriam, Holandiam, Selandiam, quæ omnes niſi Rhenus antiquus terrarū limes abſcinderet Germaniæ noſtræ potius annumerandę eſſent, ex quo hodie & conſequenter etiam non montes, nō flumina pro regionum terminis habentur, ſed ſingulæ linguæ & imperia. Eouſq; vnamquamq; regionem extendi dicant,

Galli a Græcis olim oēs Celtę vocati

quouſq; gentis illius ſermo verſatur. Galliæ populos Græci cōmuni appellatione olim ab eorum Regis nomine Celtas dixere, & ab illius matris nomi

Galli Galatæ vocati

ne Galatas. Franci hodie vocantur, & Gallia Francia, a Francis Germanię po

Galli hodie Franci appellanī

pulis, a quibus olim fere tota ſubacta eſt, vt Baptiſta Mantuanus in Dionyſio ſuo: & M. Antonius Sabellicus libro. iij. x. enneadis habent. Cæſar dictator omnis Gallicas gentes lingua, legibus & inſtitutis inter ſe differre dixit